

B DOMINICA II.

2. Signa quæ Christus prædixit intuentes, nõ contemnamus, sed certa τεκμήρια esse, innuentia, extremum diem mox sequenturum statuamus.

DE II. LOCO.

Quid verò nobis faciendum cum illa signa apparent?

I. Juber Christus attollere capita, id est læto animo esse, additâ ratione à jucundo, quoniam appropinquat redemptio nostra.

V S V S.

1. In nostram consolationem probè notetur, quod novissimo die liberabimur, sc. à cruce, à paupertate, à molestijs, à morbis, à morte. Exclamemus itaq; ,
Apocal: 22. *Veni Domine J E S U,*

2. Jussu Christi certè debemus statuere novissimum diem jamjam instare, quod probat Christus similitudine sumtâ ab arboribus. Ut enim, cum arbores gemmis producunt, æstatem jamjam sequenturam conjicimus: ita quoq; apparentibus prædictis signis Christum venientem in nubibus cœli ad judicandum vivos & mortuos mox expectemus.

1. No.